 stat, et speculum per hoc quod speciem recipit et re-
 tinet speciem representat, ergo uidetur quod an-
 gelus hoc ipso quod intelligit cogitationes suas
 declarat, ergo cum cogitationis declaratio
 sit locutio idem est in eo cogitatio et locutio.
Item loqui non est aliud quam dicere, et dicere
 non est aliud quam uerbum gignere siue formare
 sed conitatio nihil aliud est quam uerbi formatio
 siue uerbi conceptio, sicut uult **Anselmus** et **Augu-
 stinus**, ergo cogitatio nihil aliud est quam interior
 locutio, sed locutio que conuenit angelo secundum
 se est tantum interior, ergo idem est quod cogita-
 tio. **I**tem si locutio differt a cogitatione
 cum presupponat eam, quod quid addit supra
 ipsam? Si tu dicas mihi quod addit manifestatio
 ne que fit per quamdam speciem oblationem et trans-
 fusionem in alterum quasi in audientem, tunc uidetur
 cum angelus superioris ordinis nihil recipiat
 ab angelo inferioris ordinis quod angelus in-
 ferioris ordinis non possit loqui alteri ange-
 lo superioris ordinis, quod plane falsum est.
Si, n. angelus potest loqui deo, multo magis
 potest loqui alteri angelo. **I**tem locutio quod

differt a cogitatione addit aliquod signum
 exprimens. **S**i ergo angelus uult speciem intelli-
 gibilem quam habet in se alteri angelo ma-
 nifestare loquendo, et in ipso differt locutio et
 cogitatio, oportet ergo quod differat species quam in-
 telligit, et signum quo exprimit. **T**unc igitur
 quero de illo signo, aut est species, aut res. **S**i
 species ergo pari ratione indiget alio signo, et si
 nihil queritur de illo aliquo tertio, nec erit ibi
 status sicut nec in primo. **S**i autem est res, aut
 sensibilis, aut intelligibilis. Sensibilis non, quia
 quicquid est in angelo est spirituale. **S**i intelligibi-
 lis quod quare illam magis apprehendit angelus
 cui fit sermo quam ipsam speciem que est in intelle-
 ctu angelico? **E**t ita illa res que est in uno an-
 gelo non potest fieri in ueritate in alio angelo
 ergo oportet quod fiat secundum similitudinem, et tunc pari
 ratione species exiens in intellectu unius angeli po-
 test generare sui simile in alio, aut si non quere-
 non. **I**tem quod potest intelligi quod est ibi medi-
 um deferens, et que est ibi lux abstrahens, et quod
 est ibi uis uel uirtus excipiens et imprimens.
Omnia, n. uidentur hic esse necessaria, si differt in
 angelo locutio et cogitatio. **R**esponso. **A**d primum
 et secundum intelligendum est notandum quod loqui duplitem
 est. **U**no modo loqui dicitur actum in se siue in-
 trinsecum, **A**lio modo actum ad alterum siue quo-
 dammodo extrinsecum. **P**rimo modo loqui idem
 est quod uerbum formare siue gignere. **S**e-
 cundo modo idem est quod uerbum formatum
 deprimere. **P**rimo modo locutio siue in deo, si
 ue in homine, siue in angelo non est aliud quam co-
 gitatio. **S**ecundo modo plus dicitur quam cogitationes
 sed dicitur in diuersis. **I**n deo, n. loqui ad alterum
 supra intellectum addit effectum, uidelicet reuelationem.
Non, n. dicit deus nobis loqui solus
 quia intelligit, sed etiam quia reuelando ali-
 quam illustrationem in nobis efficit. **U**n. **G**re-
 go. in mox. **D**e locutio ad nos intrinsecus
 facta, uidetur potius quam audiri, quia dum
 semetipsum siue mora sermonis insinuat, repen-
 tina luce tenebras nostre ignorantie illu-
 strat. **I**n homine uero non solum addit ef-
 fectum in alterum, sed etiam actum et si-
 gnum medium. cum enim unus homo loqui-
 tur alteri, non solum cogitat, sed cogitatio-
 nem suam formando per uocem sensibiles
 alij interpretatur et explicat. **R**atio
 autem quare locutio in hominibus non

solum addit actum sed signū etiam mediū
hec est . quia in anima alius est actus cōuer
siōis supra se et alius actus conuersionis ad
alterū . et in conuersione prima uertitur aia
supra id quod habet in se . in locutione uero
offert alteri . et ita oportet q. actus alius sit
cogitare et loqui . et ita addit actum locutio
supra cogitationē in homine . addit etiaz si
gnus . quia anima q. dū est cum corpore
nō est nata suscipere nisi mediante ui sensi
tina . unde qui amittunt unū sensū necesse hūc
amittere unā sciaz . **I**ō ad hoc q. aia conceptū
suū alteri exprimat o. t. ipm uoce sensibili
p organa formare ut mediāte vi imaginaria
coniungat . et sic similitudo itelligibilis siue
signum itelligibile per illud suū signū sen
sibile mediantibus uirtutibus sensitiuis ad
intellectum alterius anime ascendat . et hoc
conueniens est ut sicut homo cōpositus est
ex anima et corpore . ita eius locutio aliqd
habet spirituale aliquid corporale . **I**n spūa
libus aut substantiis medio modo est . nam
locutio supra cogitationē addit effectū siue
respectum sed nō addit sensibile signum . re
spectum quidem et effectum addit propter
hoc q. cogitatio q̄tum est de sui natura est
secreta . et ideo nunq. fit manifesta nisi ipe
cogitans aliquid tanq. audienti offerat . et
aperiendo se quodam quasi nutu mediante
quod in se habet ad intellectum alteri q̄si
ad aurem pertingere faciat . **N**ecessarius ē
etiam actus nouus . quia nō eadem cōuersio
ne se supra se conuertit et super alterā uel
ad alterū . sed tamen nō est necessarium sen
sibile signū nec deferens medium . quia cum
ipse intellectus angelicus sine potentis sen
sitiuis natus sit suscipere . angelus loquens
sine sensibili medio natus ē similiter offer
re . et iō ad loquendū sufficit ipi angelo ipsa
species itelligibilis que ex uirtute intelle
ctiua ipsius angeli ad imperiū uolūtatis pōt
ad alterū protendi . et sicut illa spēs dum eā
sibi et in se continet intellectus dicitur uer
bum interius . sic dum protendit eam ad al
terū efficitur quasi nutus et uerbū exterius
et quia tam illa species q. uirtus protendēs
illam ad alterū . et ipsa protensio spiritualis
est . ideo non indiget corporali medico dese
rēte . sed quia p. n. tus illa finita est . necesse ē

ad hoc q. unus angelus intellectu alteri an
geli loquēdo . hoc est illam speciem p. tendē
do excitet q. finita distantia adinmicem di
stent . **E**x his igitur patet et q. si nō tantus
differt in angelo locutio et cogitatio quan
tum differt in homine . differt tamen aliquo
modo . ideo rationes inducte ad hanc ptem
occedende sunt . **A**d illud quod obicitur
de **B**reg . Dicendū q. **B**reg . loquit de locu
tione angeli in opatione ad deum apud quē
loqui cogitare ē . quia aurem eius nihil latet
Ad illud quod obicitur de **d**amas . **D**icē
dum q. quāuis locutio angeli non differat a
cogitatione ppter hoc q. ultra cogitationē
dicat uocem sensibilem . nihilominus tamen
non est omnio indifferens . quia et si non ad
dat ultra cogitationem exterius signus . ad
dit tamē ulteriores actū atq. respectū rati
one cuius uernit finitam distātiā quam
uis cogitatio et intellectus ab omni distantia
abstrahat . **A**d illud quod obicitur manifestatōe
lucis et speculi . **R**ō q. nō ē sic . quia
lucis uel speculi manifestatio est naturalis .
unde nec lux pōt lucere nec speculū suscipe
qui etiā se manifestat . sed nō sic est i angeli
ca cogitatōe cuius manifestatio ē uolūtaria .
sicut dicit **Aug** . sup . **Gen** . ad lras . dum ipsi
cogitationes suas ad nutū uolūtatis mō oc
cultant mō imūicāt aliquibus spiritualib.
obscaculis positos uel remotis sicut sensibi
liter uidemus circa corpa . **A**d illud q. obicitur
q. nihil aliū est loqui q. dicere . **D**icē
dum q. sicut loqui ē dupliciter in se et ad
alterū . sic etiaz ē dicere . **Q**uāto dicere i se
idē sit q. cogitare uel cogitādo itelligere . in
dicere ad alterū ulteriores habz actū . **A**d
illud quod obicit q. si locutio addit aliquid
supra cogitationē . q. tūc nō poterit angelus
inferioris ordinis loqui ad angelū superiorē .
Rō q. uerū ē si loq. adderet influentiā uerā in
alterū . sed actus locutiōis supaddit actū
cogitatiōis nō dicit nisi quādā spēs p. tēsiōes
ad alterū . q. quidē p. tēsiō nō ē illius ipi ipi
sua sed poti⁹ excitatiā intellectus audiētiis .
ut p. p. uirtute suscipiat . et se ipso faciat .
unde locutio ex pte loq. nō pōt nisi ex
citatiōes actiua . ex pte audiētiis nō nisi exci
tatiōes passiua . **E**t ex hoc p. q. d. sit audi⁹
āgeli . et quomodo differāt audire et uidere .

nam tunc audire quod uidere est in angelo intelligere. sed tunc uidet eum ex proprio motu intelligit aliquid. tunc audit quando per oblationem speciei intelligibilis ab alio intelligente excitatus ipsum quod offert intelligit. et sic competit angelo non solum respectu superioris. sed etiam respectu parisi uel inferioris. quia sic audit supremus angelus ab infimo (sic ad) agenter audire potest a discipulo. non quia ab eo suscipiat doctrinam siue illuminationem. sed quia melius cognoscit eius defectus per sui ipsius detectiones. Ad illud quod obicitur quod si locutio differt a cogitatione quod nunc differt a specie. Dicendum quod illud non oportet quod differat re. sed sufficit quod differat compactione eadem enim species est que considerat in se et que potest protendi ad alteram relationem differens. sed actus considerandi eam in se quod quidem est cogitatio. et actus protendendi ad alteram qui est locutio. actus est alius et alius? nam his actibus intellectus angelicus eadem similitudine diuersimode utitur. ita quod in uno illa similitudo et intelligibilis species. species tantum dicitur et uerbum. in altera uero non tantum species sed etiam nutus. Veritatem posset dici quod sicut species que est in speculo dum protendit se ad oculum non est omnino eadem. sed se multiplicat. sic etiam potest intelligi spirituali modo de specie que est in intellectu angelico. Si autem queratur de medio. Dicendum quod nulla est querela. quia cum sit actio spiritualis et intellectualis. non indiget medico corporali. Si uero queratur de uirtute per quam fit (siue de luce spirituali). Dicendum quod occurrit ibi lux intellectus angelici offerentis. et lux et supne ueritatis. ut sicut in luce corporali ad imitandum uisus uidemus currere et luce incorporatas et lucem supfluere et absolutam utpote lucem solis. sic etiam in spirituali cognitione duplicem lucem currere intelligamus. in quod in pluribus locis innuit Aug.

Secundo queritur utrum eadem locutio possit esse a deo et angelo. Et quod sic uidetur. Apoc. primo loquens per angelum suum seruo suo iohanni. sed quando cum aliquis artifex agit per instrumentum eadem est actio agentis et instrumenti. sic quod incidit per securum est

eadem incisio. ergo eadem locutio dei et angeli. Item cum loquitur deus nobis per prophetam. locutio illa dicitur esse dei et spiritus sancti. et similiter locutio illa est ipsius prophete sed constat quod non est nisi unica. ergo per rationem cum deus loquitur nobis per angelos. Item quando audita fuit uox illa. hic est filius meus dilectus. luce. iii. constat quod illa fuit locutio dei. quia nullus poterat uere dicere nisi deus. Illa locutio successionem habuit et uariationem. ergo fuit ab aliqua creatura spirituali. ergo uidetur quod una et eadem locutio possit esse dei et angeli. Item uidetur quod nulla locutio sensibilis possit esse dei quin etiam sit angeli. locutio enim sensibilis fit mediantibus organis. ergo sicut deus per se non potest currere. quia cunctus sit mediantibus organis corporalibus que non habet deus. ergo similiter nec per se ipsum sensibiliter loqui. ergo saltem locutio sensibilis dei sic est dei quod angeli. Contra diuersarum substantiarum agentium diuersi sunt actus. sed deus et angelus omnino sunt diuersi agentes. ergo diuersas faciunt locutiones. Item locutio dei non est aliud quam uerbum dei. et uerbum angeli est omnino aliud et aliud. ergo locutio dei et locutio angeli est omnino alia et alia. Item nullus actus qui per se et proprie uenit deo ut subiecto si dicatur de creatura ut idem putat dici de deo et creatura sicut patet. Aliud enim est intelligere hominis. aliud intelligere dei. per rationem alia erit locutio angeli et alia locutio dei. Item cum deus loquitur mentibus nostris loquitur anime quantum ad supremam partem. cum uero angelus loquitur suggerit ab inferiori. ergo non uidetur quod eadem possit esse locutio dei et angeli. Iuxta hoc queritur cum angelus appareat et loquat in persona dei. utrum similiter possit adorari in persona dei. Queritur etiam utrum apertiones omnes in subiecta creatura quibus deus apparuit. et locutiones etiam scilicet sit mediantibus angelis. Responsio uero quod si cut splitur dicimus uidetur uero. uidelicet uisione corporali imaginaria et intellectuali. et uisione intellectuali uidetur uisus in se ipso luce. uisione autem imaginaria et corporali uisus in subiecta creatura apparent. Sic etiam tripliciter dicimus audire. aut per aliquod signum exterioris auribus oblatum sicut pluries auditum fuit et in ueteri et in nouo. aut per aliquod signum in interiori sensu uel interiori imaginatione.

formatū aut. p. alio inspiratōe uerbu nris
mentibus insillatū. et sicut tripliciter auditur
ita etiam tripliciter loqui dicitur fm q. in
nobis triplicem excitat auditum. sicut igit
sensum nostz ad sui ipsius apprehensioem
excitat. mediate si ergo sensibili i quo appz
angelus ex psona dei. uel deo apparet ex mi
nisterio angeli. mente aut nostra p semet
ipsum informat ut ipm uideat et cognoscat.
sic in locutione intelligendū est. nam locutio
illa qua deus nobis loquitur p signū sensi
bile siue exterius siue iterius. aut semp aut
frequenter fit per angelū. sicut dicit **Gre.**
in moralibus. **ait. n.** Cū loqitur deus nobis
p angelum aliquando uoluntatem suam re
bus indicat. aliquando imaginibus oculis
cordis ostendit. aliquando imaginibus ante
corporeos oculos ex aere assuptis. aliqua
do substantiis celestibus. aliqui terrenis aliqui
simul celestibus et terrenis. et de omnibus
exēplificat. locutio uo qua deo inspirat aliqd
mentibus nostris. et si possit fieri per ange
lum excitantē ab inferiori sicut dicit **Gre.**
q. si nūq. deus humanis cordibus. ita p an
gelum loquitur ut ipse mētis optibus pre
sentetur. fit tamen principaliter ab ipso deo
Primus igitur et secundus loquendi modus
et angeli ē et dei. sed dei tanq. impantis. an
geli uero tanq. exequētis. ita q. fmo exe
quentis referatur ad psonam ipantis. hoc
aut potest esse dupliciter. uel cū angelus lo
quitur in persona dei. sicut cū formauit illaz
uocem **Luc. iii.** hic est filius meus dilectus. si
ue sicut locutus est ad **Moyse** exo. tertio.
uel cū loquitur ut nūtiū dei pferens illō
uerbum quasi a deo. per quem etiam modū
dicitur dominus loqui p prophetas. **Tertius**
uero loquendi modus est proprius ipi dei
et ita nō potest eadem esse locutio dei et an
geli fm modum illum. **Ex** his patet rñsio
ad questionem. et pro magna parte ad ob
iecta. **Nā** rationes que probāt q. eadem lo
cutio possit esse dei et angeli. procedūt fm
eum modum loquendi fm quem deus loqit
p ministerium angeli. et tunc eadem est lo
cutio sicut eadem operatio. et pncipalis mo
uentis et instrumenti. quāuis sit ibi diuersa
relatio. **Et** omnes ille rationes hac uia pce
dunt ut patet. et ideo concedende sunt.

Ad illud quod obicitur in contrarium q. di
uersarum substantiarum agētium diuersi sunt
actus. **Dicendū** q. illud intelligitur de acta
primo et immediato respectu uirtutis agē
tis. si enim itelligatur de opere opato sic
non habet ueritatē simpliciter. maxime qn
plura agentia nata sunt concurrere ad unum
offitium et sic est in proposito. nam locutio
angeli sic est ab angelo ut non excludat s.
includat operationem dei. actio tamen dei
q. est idē q. ipse deus nō potest esse eadē
cum locutione angeli. sed istius locutionis
effectus et dei et angeli esse pōt. **Ad** id q.
obicitur q. locutio dei non est aliud q. uer
bum dei. **Dicendū** q. sicut prius dictū ē si
cut est loqui interius ita est sermo interior.
et sermo siue uerbu interius non potest es
se idē cum sermone uel uerbo angeli. sed
sermo exterior potest. sermo enim interior
dei siue uerbum eius est ipse deus. fmo uo
ro exterior est illius uerbi effectus. **Ad** ali
ud dicendū q. loqui prout deus dicitur lo
qui per angelum. nō comparatur ad deū si
cut ad subiectum sed sicut ad causam. non
enim dicitur illa locutio esse dei quia sit dei
dispositio. sed quia est ab eius imperio. **Ipe**
autem obicit de locutione interna et incre
ta de qua nihil ad propositum. **Ad** illud
quod obicitur q. ex alia et alia parte loqui
tur deus et angelus. **Dicendū** q. obiectio il
la procedit de locutione fm tertium modū
Ad illud quod queritur utrum similiter
debeat adorari ex persona dei sicut opert
ei ex persona dei appere et loqui. **Dicendū**
q. sicut fmo quem format angelus in sub
iecta creatura. dupliciter pōt referri ad deū
aut mediate aut immediate. **Immediatē** cū an
gelus pñtiat tanq. si deus pñtiaret. media
te quando angelus pronuntiat ut nuntius
dei. **Sic** intelligendum est in apparitio
ne sensibili. quia forma illa. aut pncipale
ter ducit in angelum qui est nuntius dei.
aut principaliter ducit in deū. et primomo
do potest adorari dulia. et secundo modo
potest adorari latria sicut adorauit **Abras.**
Ad illud quod ultimo queritur utrum bu
iusmodi apparitiōes et locutiōes sensibiles si
ant semper mediante ministerio angeli. **De**
hoc dubie respondet **Aug. i. li. iii. de tri.**

magis tamen hanc preter inuit q. oēs fiant
mediante angelico ministerio. siue fuerint i
ueteri testamēto siue in nouo. sed **Grego.**
expressius hoc affirmat q. oēs fiant mediā
te rōnali aliqua creatura. **ait** enim sic in **mo**
rali. p. angelū loquitur dñs cūz supne reuela
tionis verba audiūt. sicut dicitur **Jo. xi.**
Clarificauit. et itez clarificabo. neq. n. deus
q. sine tempore ui intime impulsione clamat
ui tēpore uocem suam p substantiaz edidit
quā circūscriptā tempore p hūana uerba
distinguit. sed de celestibus loquēs vba sua
que audiri ab hoibus uoluit. rōnali admini
strāte creatura formauit. de his aut aptius
habitu ē in **prio libro disti. xvi.** ubi habitus
ē de apparitōe siue uisibili missione.

In parte ista sunt dubitatiōes
circa litterā. Et **prio** qritur de
hoc qd dicit i littera. Qui na
tura sut spiritus aliqui angeli.
i. nūtiū sūt. cū enī nō sūt tantū boni angeli
sed etiā mali. uidet q. deus non tantūmodo
mittat beatos spiritus imo etiam malos. **et**
hoc uidet p illud qd dicitur **tertio regū ulc.**
mo. ubi dominus dixit ad spiritū mendaciū.
egredere et fac ita. uidetur enī q. deus mi
sit angelū malū. et expressius in **psal. sup il**
lud immissiones per angelos malos. ibi dicit
glosa q. āgeli malī mittunt. et expressius
mathei. viii. mitte nos i porcos. **Ad oppo**
situm ē. quia cū intentio malorū angelorū
sit pder omnes et dei intentio sit saluare. n
uidetur q. aliquo modo debeat eos mitte
re. imo potius impedire. **Itē** si hos mittit.
tūc ergo sunt nūtiū domini. ergo ebent dici
angeli domini qd tamē non dicit scriptura
Rñō. vñ quod in exercitāte quo nos dia
bolus exercitat duo consideramus. et ptās
et uñ. ptās a deo ei collata ē. uñ vñ ptātis
non est a deo precipiente. sed primo pmit
tante. quoniam igitur missio pprie dicit im
periū et auctoritatē. Et ideo demones nō
dicuntur pprie mitti a dño nec āgeli. sed po
tius dicuntur angeli diaboli. quia suo princi
pe diriguntur et ei obedire itendūt. **Ad oēs**
aut illas auctoritates. Rñdendū est. q. intel
ligunt nō impatiue. sed potius pmissiue.
Itē qritur de hoc qd dicit. q. medij or

dines preceptū diuinū a superioribus accipiūt
et referunt ad inferiores. **Ex** hoc enim
uidetur q. unus angelus mittat altez. cui cō
cordat expositō **Greg. i. moralis.** arguēs
ex eo qd legitur in **Zacharia** q. unus ange
lus diceret ad āgelū aliū. loquere ad puerū
illū. vbi dicit ipe **Grego.** ad pphetā. ange
lus angelū mittit. et quem secū gaudere de
vero. cōiter conspiciat et docet et erudit. hoc
etiā p simile pbatur. tam in demonibus
q. in hominibus vbi supiores mittunt in
feriores. **Ad opppositū** est quia si angeli
mittuntur ab angelis. ergo āgeli sunt nūtiū
angelorū. et angelus est minister angelī. et
angelus habet auctoritatē super angelum.
si ergo solus deus est penes quē relidz au
ctoritas. et solius dei dicuntur angeli ministri
sicut dicitur in **psal.** qui facit angelos suos
spiritus. uidetur q. a solo deo debeant mit
ti. **Rñō** vñ q. mittere dicit auctoritatē. pōt
igitur dicere auctoritatē principalem. uel
potest dicere auctoritatēz principalem. uel
potest dicere potestatem aliquo modo. uel
auctoritatem subiectā auctoritati principali.
si mittere dicat primā et precipuā aucto
ritatē. sic solius dei ē mittere angelos. taz
superiores q. inferiores. totum. n. ministe
riū angelorū ad uiciniā auctoritatē et ei
us cōplendam uoluntatem refertur. et ideo
dicuntur nūtiū et ministri solius dei. **si** autēz
mittere dicat auctoritatem secundo mō. sic
unus angelus ab altero potest mitti sicut di
cit **Gregorius.** et ostendūt sequentes aucto
ritates. et sic intelligitur illō uerbū **magistri**
in littera. **Itē** queritur de hoc qd dicit
hi sunt qui mittuntur. percipiunt horū uo
cabulum quorū gerunt officium. qd ē ver
bum **dyonisiū.** aut. n. spiritus mittuntur ad su
um officium. aut ad nō suū. **si** ad suū. ergo
cum denominetur a suo nō debet fortāri ali
ud nomen q. ppriū. **si** ad non suū. ergo
usurpat sibi quod est alienum. et hoc est in
ordinatū. **Rñō** dicendum q. mitti ad suū
officium est dupliciter. aut suū per ueritatē
quia ad hoc deputatus est. aut suū per ap
propriationem. primo modo omnis qui mit
titur. mittitur ad suū officium idest ad id
ad quod est idoneus. secundomodo mit
titur aliquando angelus ad perficiendum

illius doni usum q̄ sibi non appropriatur. ideo nec ab illo fm primam impositionem nominis denominatur. nihilominus fortis nomen competens illi dono. ut ostendat ad quid mittatur.

Distinctio undecima.

Illud quoq̄ sciendū est q̄ angeli boni &c. Supra determinauit Magister de angelorum ministerio quantum ad ipsos angelos ministrantes. In hac parte determinat de angelorum ministerio per comparationes ad hominem cui ministrant. et quoniam omne officium siue ministerium laudabile et bonum debet habere premium. ideo pars illa habet duas ptes. In prima determinat qualiter angeli hominibus ministrando eos custodiunt. In secunda uero querit utrum angeli ex ipso actu ministrant in merito uel i premio profitiantur. et incipit illa secunda ps ibi. preterea illud considerari oportet. **¶** Prima pars habet duas. in prima ostendit q̄ angeli deputantur ad custodiam hominum. in secunda querit et determinat utrum singuli deputentur ad custodiam singulorum ibi. solet autem queri utrum singuli. **¶** Similiter secunda ps principalis duas habet fm duas opiniones. fm quas dupliciter determinat questionem propositā. In prima pte ponit primā opinionem que incipit ibi. preterea illud considerari oportet. **¶** In scda scda ibi. alij autem dicunt angelos in confirmatione &c. subdiuisiones autē ptiū et intellectus. **¶** Magistri patet in littera. nam totalis intentio distinctionis uersatur circa duo. uidelicet circa custodiam. et eius cōsequentia et anexa.

Intelligentiā huius partis circa duo incidit hec dubitatio. **¶** Primo circa angelorum custodiam. **¶** Secundo circa eius anexa. **¶** Quantum ad primum quoniam tria. **¶** Primo queritur utrum angeli deputari obuerint ad custodiam hominis lapsi. **¶** Secundo utrum si homo stetit deputati fuisset ad custodiam hominis instituti. **¶** Tercio utrum aliquis angelus deputatus sit ad custodiam xp̄i.

Circa primum sic proceditur et ostenditur q̄ angeli nō debuerunt deputari ad custodiam hominis. **¶** Et primo ostenditur ratione sumpta ex pte hominis sic. cui nulla potest fieri uiolētia nulla indiget custodia. sed li. ar. humanū ad peccatū nō potest uolentari. ergo non indiget ab angelo custodiari. frustra ergo sunt angeli ad eius custodiam deputati. sed ous nihil facit frustra. ergo &c. **¶** Item quāto aliquis paucioribus auxiliis ex trinfecis triumphat de aduersario. tanto gloriosior est uictoria. ergo gloriosius est homini vincere diabolum p̄ se ipm q̄ per angelicū suffragium. ergo carentia angelici presidii auget gloriā. igitur ab oppoitis custodia angelica minuit nostram gloriā. sed de nihil debet facere qd sit nostre glorie detrimentum. ergo &c. **¶** Item hoc ipm ostendit rationibus sumptis a parte angelī. maior est qui recumbit q̄ qui ministrat. ergo si angelus qui custodit homines ei ministrat. homo uiator est maior angelo beato. q̄ si hoc fm est. ergo angelus non ministrat homini. igitur angelus non custodit homines. aut in custodia pueritur ordo. **¶** Item si angelus custodiat aut hoc habet a natura aut a gratia. Si a natura cū eadem sit natura in bonis et in malis uidet q̄ mali sūt custodes hominū. Si a gratia ergo cū una anima excedat aliam in gratia. uidetur q̄ una anima alia debeat ad custodiam alterius deputari. **¶** Item hoc ostendit a parte ipsius dei. deus. n. custos perfectus est fm q̄ loquitur in ps. ecce nō dormitabit ne q̄ dor. &c. ergo si sufficiens est diuina custodia. uidet q̄ superflua angelica. aut si angelica necessaria ē. uidet diuina custodia esse diminuta. **¶** Item custodia ē ad euandz in bonū sed nō minus est seruare in bono q̄ libere a malo. nam nō minor est uirtus q̄ quere partē tueri. si ergo non docuit hominem liberari nec erui de potestate diaboli nisi p deum. uidetur q̄ non debeat custodiri. aut honor diuinus transfertur in angelos. Sed contra ysa. lxii. sup muros tuos hierusalē &c. glo. muri sunt appli. custodes sūt angeli. **¶** Item ecclē. xvii. i unāquāq̄ gentē p̄ se sui rectorem glo. i. angelos. **¶** Item Mathei xviii. angeli eorū semp vident faciem patris